

libertate constiterit. nullis deinceps quorum libet inquietu-  
dinebus ad rei decise meritum puocetur. si in ea qua uobis  
fuerit libertate declaratus. secure permaneat. **GREG.**

**EYLOGIO PATRIARCHAE ALEXANDRINO.**

**S**cripta dulcissime ur̄e sc̄itatis. latore presentium deferente sus-  
cepi. que mihi de eius causa citius terminanda loquuta sunt.  
si mox ut uenit. qualiter possessio qua querebat. ab eccl̄a  
ur̄a tenebatur agnouit. sibi que ipsi citius ratione reddidit.  
ea autē que cum aliis habuit. sine strepitu decidit. De causa  
uero de qua mihi omnino scribendum fuerat. nihil ur̄a sc̄i-  
tas scripsit. in qua me & tardum eē iudicauit. que me for-  
tasse in scandalo diuisionis erumpere. & eius de diuisionis uolunt  
auctore existere. elegi enim ut ea que sequuntur asunt. p̄ alios  
exirent. & subsequenti tempore dō auctore p̄babit. quia  
causa in qua dō placere <sup>& cupisco.</sup> conspicio. homines non formido.  
De qua uobis iam & iam in constantinopolitana urbe ueni-  
entibus scribere curau. ligna uero sicut ur̄a beatitudo  
scripserat. maiora parauerā. sed ita parua nauis huc trans-  
missa ē. ut nisi recisa esset ferre non possit. que recidi no-  
lui. & ur̄o iudicio quid de his fieri debeat reseruau. si autē  
non sunt necessaria. hic ea in alius usibus aptamus. peto autē.  
ut p̄ me enixius ur̄a sc̄itatis orare debeat. quia & podagre  
doloribus & barbarorum gladius & curarū afflictionibus  
incessanter premor. Si mihi orationis ur̄e opem inpen-  
ditis. credo quod me contra aduersa omnia fortiter uibeas.

**GREG. CLAUDIO. ABBATE.**